

Franckesche Stiftungen zu Halle

Conspectus Chirurgiæ Tam Medicæ, Methodo Stahlina Conscriptæ

Juncker, Johann

Halæ, MDCCLVII.

VD18 90812107

Tabula XLIV. De Ulceribus Fistulosis Generatim.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197684

TABULA XLIV.

DE

ULCERIBUS FISTULOSIS
GENERATIM.

I. DEFINITIO.

Fistula est ulcus cum una vel pluribus speluncis, callo plus minus obductis, præditum, sine insigni dolore materiam pravam ichorosaniosam fundens, fætidæ odoris & insoliti coloris.

II. DIFFERENTIA.

I. *Fistulæ* variis modis differunt, e. g.

- 1) *Ratione loci.* Dantur enim *fistulæ* per universum corpus, v. g. in capite habemus *fistulam parotidis, lacrymalem, maxillæ.* In media corporis regione iidem *fistulæ* exoriuntur; præcipue autem in infima regione, ubi circa spinam dorso, collum vesicæ, uteri, perinæ, scroti & intestini recti illæ eveniunt.
 - 2) *Ratione conditionis.* Aliæ enim cavernas habent breves, musculos tantum attingentes; aliæ profundius ad cartilagineas & ossa, imo in ipsam aliquando thoracis vel abdominis cavitatem penetrant. Porro aliæ unum simplicem habent ductum, aliæ multis angustis cuniculis & tractibus quaquaversum excurrunt. Aliæ unicum tantum habent orificium; aliæ plura. Aliæ admodum sunt callosæ; aliæ, recentes nempe, minus tales.
 - 3) *Ratione excretionis.* Hæc quidem generatim materia prava sanioso-ichorosa conspicua est, prout autem *fistula* quædam vel vas sanguifera, vel lymphatica, vel glandulas arrodit, pro illa circumstantia etiam materia alterata apparet.
 - 4) *Ratione symptomatum.* Aliæ enim sunt indolentes, aliæ in fundo sunt dolorosæ. Aliæ commotionibus febrilibus hecticis stipatæ, aliæ ab iisdem liberæ sunt.
2. Ceterum distinguunt auctores *fistulam perfectam* ab *ulcere sinuoso* sequente ratione:

L 1 2

1) In

- 1) In ulcere *sinuoso* nonnullæ quidem obliquæ cavitates reperiuntur, sed crudæ, carnosæ, nullo callo obductæ; *perfecta* autem *fistula* in sinu suo fovet callum, qui cutis coalitionem impedit & materiæ affluxum promovet.
- 2) In *fistula* exterius arctior est apertura, per quam materia affluit, interius majus spatium habet, in ulcere *sinuoso* non idem.
- 3) *Fistula* magis *introrsum* ad ossa usque integras partes tractuosas & cavernosas perreptat & depascit; *ulcus* autem *sinuosum* excurrit magis ad partes *laterales*, & sic verum *sinum*, id est, obliquam cavitatem format.

III. SIGNA

1. Hæc partim e *definitione*, partim e *differentia* patefcunt.
2. Calli autem præsentia dignoscitur, si stylus cavitati immissus sensum dolorificum non inferat, neque cruore conspurcatus sit.

IV. CAUSSE.

1. *Fistulæ* possunt & solent fieri a causis
 - 1) Partim *internis*, e. g. quando in ductu quodam diuturna stasis humorum hæsit & ulcerosa hinc corruptio sequitur, uti observare licet in ductibus lacrymalibus, salivalibus & hæmorrhoidalibus.
 - 2) Partim *externis*. Huc pertinent
 - a) Simplex scalptio & erosio, maxime subcutanea.
 - b) Incongrua vulnerum & ulcerum tractatio, præcipue mundificationis & affluxus humorum in talibus læsionibus neglectus.
2. *Ulceræ sinuosa* nascuntur ut plurimum
 - 1) Vel e partium *diversarum* socia arrosione, nempe si contiguitas partis *cito* deliquescentis seu corrosibilis cum alia minus tali concurrat, & præcipue posterior hæc priori alicubi incumbat.
 - 2) Vel *situs* partis in culpa, e. g. quando in uno loco declivior est. Hæc enim ratione materiam pravam copiosius suscipit & diutius eandem retinet.
 - 3) Vel proveniunt æque ac *fistulæ* ex inæquali, incongrua & insufficiente læsionis alicujus absterfione.

V. PROGNOSIS

1. *Fistulas* recte sanare artis est.
2. Quo recentior est status, eo felicius negotium succedit.

3. Quo

3. Quo diutius autem duravit, quo profundius latet & quo plures cuniculos & tractus fistula habet dispersos, eo difficilior illius est curatio; præcipue quando ad ossa jam penetrat.
4. Triplex autem est ratio, quæ restitutionem fistularum tam difficilem reddit:
 - 1) Superficie internæ callositas aut similis fungosa deturpatio.
 - 2) Defectus fibrarum, quæ a cute (de reliquo integra) absumptæ sunt. Unde nulla cum cute consolidatio fieri potest, sed potius cutis in illa parte similiter arrosa & fungosa existit, ut fistulæ sub illa procedant & cutis illæsa illas tegat.
 - 3) *Vasorum, ductuum & tuborum* in tali tractu arrosio, quæ præsertim locum habet in ductibus *salivalibus & lymphaticis*.
5. Itaque, nisi læsio possit dilatari, ut materia exire & medicamina ad fundum penetrare queant, sanatio maximæ est difficultatis.
6. Fistulæ, quæ ab ossis carioli eliquatione foveantur, acri fædine scætant, & nisi caries ista auferatur, frustraneus omnis est labor.
7. Contingit vero subinde, ut caries in dissito prorsus loco hæreat, & per longinquam accessionem liquamen suum diffundat & effundat, e. g. in summo humero potest esse caries, quæ circa cubitum demum erumpit, item in osse coxendicis, quæ circa talum & genu eluctatur.

VI. METHODUS MEDENDI ET REMEDIA

I. Interna.

- 1) Præmittatur & subinde repetatur evacuatio blanda cathartica, e massa pilular. de succin. Craton. extract. panchymag. *Crollii* & mercur. dule. parata. Hac ratione non solum primæ viæ purgantur, sed humorum a loco fistuloso contingit derivatio.
- 2) Subjungantur catarrhalia, vitium seri & lymphæ corrigentia, quæ effectu suo diaphoretico-diuretico humores iidem a parte affecta derivant. e. g.
 - a) Essentia *succini*, lignorum, alexipharm. *Stablii*, tinctur. *antimonii*.
 - b) Decoct. lign. quajac. sassaf. juniper. cort. lign. fraxini.
 - c) Specifica illa, quæ secundum *Paracelsum* ulcus ab intra purgare dicuntur. *Conf. method. tab. de ulceribus generatim.*
 - d) Convenit interdum circumspæctus usus *flor. sulphuris* cum ab-

forbente, e. g. ocul. cancr. & antimon. diaphoret. mixt. præcipue quando retrocessio humorum metuenda est.

2. *Externa.*

- 1) Ut fons mali detegatur & applicatio remediorum commodius fieri possit, ante omnia fistularum apertio fiat per congruam sectionem, instrumentis adæquatis instituendam; nisi quidem partes sensibiles nerveæ, tendinosæ vel vasa arteriosa eandem prohibeant; id quod anatomia docet.
- 2) Facta ad fundum usque incisione, abstergetur prius mucositas illa viscosa, quæ superficiei inhæret & impedit, quo minus septica *specialem* fistulæ impuritatem absumere possint. Laudantur in hunc finem *vegetabilia acriora*, e. g. decoct. rab. ari, aristoloch. rotund. gentian. & præcipue herb. tabaci; item quæ e *melle* parata sunt.
- 3) Deinde per *lenia septica* auferatur *specialis* fistulosa impuritas, quæ sub muco illo crasso latitabat, nempe ulcerosa illa depravatio tam humorum quam fibrillarum corruptarum. Septica talia cum abstergentibus decoctis commode miscentur, & si opus sit syringa injiciuntur. Sic iusta proportionem v. g. misceri potest decoct. tabaci cum unguent. Ægyptiaco & melle rosato; interpositis subinde balsamicis temperatis.
- 4) Omni hoc tempore ad humorum affluxum intercipiendum & collectam ibidem stasin resolvendam in ambitu applicentur discutientia camphorata & simul nervina, sive in forma epithematis sicci, sive emplastri; quo nomine emplastr. nervinum *Mynsichti* laudatur; item emplastrum *Norimbergense* camphorat. cum momento *cerati de galbano* vel empl. *Opodeldoch Paracelsi* mixtum.
- 5) Quando fistula sufficienter est purgata, ita ut corruptæ fibrillæ, quæ adhærebant, sint exesæ & fundum sub-eruentum appareat, tum remediis balsamicis, e. g. e myrha, succino & momento mastichis paratis, consolidatio promoveatur.
- 6) Si *sectio* non habeat locum vel propter vasorum majorum propinquitatem, vel ægroti timorem, vel situm fistulæ profundiorum, tunc scarificatio chirurgica commendatur. Hæ enim duæ operationes in fistulis principatum tenent. Ubi autem non possunt applicari, ibi solis *mundificantibus* & *septicis* insistendum est.

VII. CAU.

VII. CAUTELÆ ET OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Ante omnia iusta & sufficiens *mundificatio* respiciatur, ita ut tota cavitas interni ulceris undique purgetur per *digestiva* talia, quæ cito & æqualiter sese diffundunt, colliquant & abstergunt.
2. Inconsiderantia autem & neglectus iniquationis illius, quæ in superficie internæ fistulæ hæret, uti & depravationis fibrarum, statum reddit contumacissimum.
3. Huc etiam spectat ignorantia ratione continuationis & subordinationis, e. g. quando unguent. *Ægyptiacum* statim adhibent & injectiones acres iusto citius peragunt. Hinc enim profundior erosio, majores dolores, ulceris majores manationes proveniunt; præcipue si *turunda* per octo & plures dies relinquatur.
4. *Septicum* si per aliquot horas in fistula fuerit, balsamica moderata subungere necessarium est, ut pars arrosa conservetur.
5. Abstinentum ab adstringentibus, exsiccantibus, refrigerantibus, nimium septicis & linimentis pinguibus.
6. Pingua autem dum prohibentur, non rejiciuntur terebinth. myrrha, succinum, sed unguenta illa, quæ e pinguedine animalium & oleis crassis parantur.
7. Sepsis genuina licet præcipuum momentum in curandis fistulis constituat, & hinc intrepide perpetranda sit, cavendum tamen est, ne per illa remedia tendines vel ossa afficiantur, convulsiones hac ratione inducantur.
8. *Traditiones* istæ de variis simplicibus internis empiricorum ut plurimum frustraneæ sunt; nisi ulcus *ab intra* purgent. Quæ vero hoc faciunt, non solum ad fistulas, sed etiam ad omnes ulcerosos affectus apta sunt.
9. Magna circumspeditione curatio instituenda est per *as ustum* vel per alia remedia, e *venere* parata. Os enim, si corripiant, statim arrodunt, ut nigrescat. Quæ autem fistulæ ad ossa & tendines non penetrant, in iis *ærugo*, licet fortissima sit, non rejicitur. Sed non opus est, foramen eadem replere, sufficit, si immediate peripheriam ulceris tangat.
10. Internis remediis, humores depurantibus, convenientia traumatica subinde addi possunt, sed parca portione, e. g. *flor. hyperici*, item *millefol.* præcipue, quando ægri circa hypochondria nulla insignia pathe-